legati, per censuras etiam & poenas Ecclesiasticas, prout de jure coerceant, & ad officium compellant, implorato ad id ubi opus fuerit auxilio brachii secularis. Quamquam neminem tam improbae, & amentis cupiditatis futurum speramus qui non hilari potius animo quales datores Deus diligit, quam ex tristitia, aut ex necessitate Deo, quae ejus sunt reddat, qui deinceps, ut per Prophetam pollicitus est (Malach. 3. 10.) inferentibus decimas in horreum suum aperiet cataractas coeli, & effundet ipsis omnem benedictionem usque ad abundantiam, & increpabit pro ipsis devorantem, & non corrumpet frumentum terrae, nec erit sterilis vinea in agro dicit Dominus exercituum, & beatos ipsos dicent omnes gentes. Caeterum tametsi id satis perspicuum sit apertius, tamen profitendum ducimus, has Litteras Nostras nihil prorsus eas immunitates tangere, quas titulo, ut dicitur oneroso aliquis habet, quas labefactari & oppugnari justitia non patitur, neque par esse decernimus ex iis quoque

minios del Rey Cárlos, que á los que no están exêntos, por autoridad ordinaria, y á los que lo están, como Delegados de esta Santa Sede, les apremien por censuras y penas eclesiásticas como corresponde de derecho, y les compelan á pagarlos, implorando para ello, en donde fuere necesario, el auxîlio del brazo secular; y aunque no esperamos que haya ninguno de tan ímproba é insensata avaricia, que ántes bien con buena voluntad (que es la que agrada al Señor) que con sentimiento ó precision no pague á Dios lo que es suyo, el qual por el Profeta Malaquías cap. 3 vers. 10, prometió que para los que pagan los diezmos abrirá las cataratas del cielo, y derramará sobre sus campos la abundancia, y reprimirá á los insectos para que no devoren los frutos, y que no será esteril la viña en el campo, dice el Señor de los Exércitos, y todas las gentes los llamarán felices. No obstante que esto es bastante notorio, hemos juzgado manifestar claramente que estas nuestras Letras en nada tocan absolutamente á aquellas exênciones que algunos tienen por título oneroso, las quales no permite la justicia que se pierdan ni se haga innovacion en